



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque  
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis  
secularium Confessariis**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agrippinae, 1663**

Pastorum officium, num. 43.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9994**

XLIII. Pastores verò , quibus animarum cura legitimè commissa est, domui suæ sint bene præpositi, ita ut non tantum ipsi, sed & corum familiæ irreprehensibilem vitam agant : *Qui enim domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit.* (a) Insuper sciant præcepto divino (b) sibi mandatum esse, ut oves suas agnoscant , pro his Sacrificium offerant, verbiq[ue] divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bouorum omnium operum exemplo pascant, & pro earum salute, quandocunque opus est, animam suam ponant, pauperum præsertim infirmorum, s[ecundu]m eos visitando, ac temporali & spirituali solatio eosdem sublevando, curam paternam gerant, rudes in fide, & maximè juventutem, ut Ecclesiæ seminarij Catechizent, piorum legatorum diligentem rationem habeant, & scriuis monitionibus satagant, ut ante finem

nem anni piis testatorum voluntatibus  
satisfiat, & in cætera Pastoralia munera  
omnia, onus Angelicis humeris formi-  
dandum , diligentissimè incumbant.  
Quis enim nescit, quanti una anima sit  
pretii , quarum tot millia Sacerdotum  
Curatorum incuriâ pereunt.

(a) I. Timoth. 3. 5. (b) Conc. Trid. sess. 5.  
de reform. c. 2. & sess. 23. de reform. c. 1.

Pastores jure divino oribus suis assidue ad-  
esse tenentur , etiam periculi & pestis  
tempore , nec ad mensem à Parochiâ  
suâ abesse possunt sine licentia Archie-  
piscopali.

X L I V . Ad præstanda & implenda  
hæc Pastoralis officii debita, ad assiduā  
apud oves suas residentiam se jure divi-  
no obligatos esse intelligant Pastores  
omnes, nec posse oves suis metti peri-  
culi, vel pestis tempore, deserere , vel  
sub prætextu aliorum negotiorum, sine  
licentia nostra, nostrive Vicarii in spiri-

D tualī-